



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

VIII. De publicandis excommunicatis per episcopos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

ANNO
CHRISTI
1145.

VIII.

Si episcopus aliquem excommunicauerit certa de causa, denuntiet vicinis episcopis per suas patentes literas, vt excommunicatum denuntiari faciant, & euitari: & tunc sine difficultate aliqua vicini episcopi excommunicatum faciant publice denuntiari, & in diocesibus suis arctius euitari. Si vero episcopi fuerint negligentēs, & excommunicatis scienter communicauerint, tamdiu cathedralium ecclesiarum canonici eis non communi-cent, quamdiu huic salubri sanctioni contempserint obedire.

IX.

Quoniam in quibusdam locis Alemanix fundatores ecclesiarum, vel heredes ipsorum, potestate, in qua eos ecclesia hucusque sustinuit, abutuntur, partem decimarum, vel aliarum obventionum ecclesiasticarum, in quibus ius obtinent patronatus, sibi retinentes ex pacto, repræsentant clericos ad easdem: huic vulnere cancroso & simoniaco censuræ ferrum apponimus, decernentes vt ex quo constiterit patronum huiusmodi flagitium perpetrasse, anathemate feriatur, & eius terra supponatur ecclesiastico interdicto, donec ecclesiam liberam cum suo iure dimittat, saluo iure patronatus, quod eis de misericordia reseruamus, qui possunt per iuris excusari ignorantiam.

X.

Qui vero cæca cupiditate ducti, taliter a patronis præsentationem receperint, officio beneficioque priuentur, nec ad beneficium vel actus